

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Sechster Band.

Mit 2 Siegeltafeln.

Hannover.

H a h n'sche Buchhandlung.

1881.

VI.

Eine

Hildesheimer Briefsammlung.

Von

W. Wattenbach.

Die Hs. 3 der Bibliothek des Gymnasium Josephinum in Hildesheim, bekannt u. a. durch die darin enthaltenen Briefe des Symmachus, enthält am Schluss von einer Hand des beginnenden 13. Jahrh. 9 Seiten (fol. 99 v. — 103 v.) in sehr kleiner, mit Abkürzungen überfüllter Schrift, welche durch einige darin vorkommende Briefe G. Waitz und mir beachtenswerth erschienen. Mit grösster Bereitwilligkeit gestattete der Herr Director Kirchhoff die Uebersendung nach Berlin zu genauerer Prüfung.

Es ist ein Hülfsbuch zum Briefschreiben, das vorzüglich auf die erzbischöfliche Kanzlei in Reims hinweist, sich aber darauf beschränkt, auf einige Titulaturen wirkliche Briefe vollständig oder im Auszug folgen zu lassen, ohne irgend eine sachliche oder chronologische Ordnung. Wie gewöhnlich dergleichen Handschriften, ist auch diese sehr fehlerhaft und kleinere zweifelloso Fehler sind in den folgenden Abdrücken stillschweigend verbessert; ergänzte Worte in runden Klammern zugesetzt, überflüssige in eckige eingeschlossen. Der Anfang lautet:

‘Presbiter sic decano: Dilecto suo decano de Berru salutem. Abbati sic: Viro venerabili et amico karissimo abbati Premonstratensi G. et R. salutem et sincere dilectionis affectum pariter et effectum. Similiter decano conventuali et ceteris personis ecclesiasticis non episcopis’ u. s. w.

Die meisten bestimmbaren Briefe sind kurz vor oder nach 1200 geschrieben, aber auf f. 101 findet sich ein Mandat Lucius II, welches 1144 anzusetzen ist, oder doch vor dem 15. Febr. 1145, an welchem Tage dieser Papst gestorben ist. Damals nämlich war der Bischof Elias von Orléans bei demselben verklagt worden, wie Gallia Chr. VIII, 1449 nach einem Briefe (IV, 22) des Abtes Peter von Cluni berichtet wird. Das Schreiben lautet:

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus W. Remensis ecclesie, R. Belv. et D. Atreb. episcopis¹⁾ salutem et dilectionem.

1) Die Buchstaben, anstatt der Namen sind hier, wie so häufig, willkürlich gesetzt. Erzbischof von Reims war 1140—1161 Samson, Bischof

Sicut vestra nobiscum fraternitas recognoscit, multum jam temporis elapsum (est), ex quo in Aurelianensi ecclesia negligentia et infirmitate pastoris morbus nimie dissolutionis invaluit, ita ut per culpam ejus ecclesia ipsa et bonis temporalibus diminuta sit deforis, et intus gratia et virtutibus destituta. Ipse namque, quod dolentes dicimus, vite lasciviam usque in decrepitam protrahens senectutem ita in sordibus suis computruisse proposuit, et insuper proponit, ut qui nunquam utilis extiterit vel verbo, fiat in omnibus perniciosus exemplo, nichilque de se ipso virtutis, nichil utilitatis exhibeat¹⁾, qui inveterata male vivendi licentia²⁾ totam in se videtur evacuasse gratiam et corripuisse naturam. Nos autem, cum olim ad audientiam nostram dissolutionis ejus instantia pervenisset, curavimus non nullum adhibere remedium, quo et ipsum videlicet speraremus a propria iniquitate resurgere debere, et ecclesiam quam ipse noxio suffocabat amplexu, in aliorum ad tempus manibus respirare. Factum (est) itaque sicut nostis, quod prefatus episcopus juxta mandatum quod processerat a nobis, a sua paulisper amministrazione secedens proprio juramento firmavit, quod de ministerio, ex quo ei executorum providentia decerneret mansionem³⁾, sine ipsorum licentia non exiret, nec aliquid dampnum episcopo vel ecclesie prejudicium interim consilio vel ingenio quolibet exerceret. Ipse tamen hec omnia violato sicut dicitur juramento transgressus, [atque] proprie temeritatis audacia, quod fuerat in episcopatu residuum ut dispergeret et dilapidaret invasit. Unde etiam, (quia) non sine periculo conscientie nostre nec sine gravi detrimento dissimulare possumus quod audimus, vices nostras in tantis corrigendis excessibus vestre duximus sollicitudini committendas, firmam spem fiduciamque tenentes, quod eo sitis zelo et fervore succensi, ut in (his) que prosequenda suscipitis, pro nullius gratia vel timore desides, pro nulla esse possitis personarum acceptione remissi. Quapropter volumus et precipiendo mandamus, quatinus ad jam dictam Aurelianensem ecclesiam pariter accedentes, de his que dicta sunt vigilanter investigare curetis, et si predictum episcopum fidem prestiti juramenti transgressum vel alias perniciosum noveritis esse vel noxium, eum auctoritate nostra sine ullius appellationis obstaculo a pontificatus officio deponentes⁴⁾, attenta sollicitudine provisuri, ut ecclesia illa que sub invalido capite tantum dicitur pertulisse languorem, optatam recipiat pastoris moderamine sanitatem. Si vero dissensio aliqua emergerit⁵⁾ inter eos, ut secundum communem electionem capituli vel majoris aut sanioris partis infra xxx

von Beauvais 1144—1148 Odo III, der auf Odo II. folgte, Bischof von Arras 1131—1148 Alvisus. 1) exhibebat Hs. 2) inueteratam m. v. licentiam Hs.

3) So! doch steht auch vor 'mansionem' ein Punkt.

4) Entweder für 'deponatis' oder es fehlt etwas.

5) meriserit Hs.

dies a commonicione vestra, canonica non possit electio celebrari, vos ydoneam eis detis absque appellationis obstaculo Deo auctore personam, que pontificatus suscepto regimine et preesse prefate ecclesie valeat et prodesse.

Ob nun dieses Schreiben erlassen ist, oder ob es nur den Wunsch der Ankläger verkörpert, kann bezweifelt werden. Der Brief Peters von Cluni IV, 28 an Eugen III. zu Gunsten des Bischofs ist zu allgemein gehalten, um viel Aufschluss zu gewähren; doch ist darin erwähnt, dass er die Gunst des Papstes wiedergewonnen habe. Sicher ist der in dem päpstlichen Erlass enthaltene Auftrag nicht ausgeführt, denn Elias blieb Bischof, wurde aber bei Eugen von neuem verklagt und verzichtete 1146 auf seine Würde.

Wir finden ferner unter diesen Briefen an verschiedenen Stellen drei Berichte an den Papst Cölestin III. über die Gefangennahme des Bischofs von Beauvais, Philipp von Dreux, durch den König von England 1197:

(f. 101). Reverendo patri ac domino C. Dei gratia summo pontifici B. prepositus, V. decanus, H. cantor, ceterique Remensis ecclesie¹⁾ salutem et tam promptum quam debitum obedientie famulatum. Cum divina providentia, que in sui dispositione non fallitur, vos ad summum sacerdotii gradum misericorditer provexerit, ut totius ecclesie catholice regimen ordinationi vestre non inmerito sit commissum, nullatenus venire debet in dubium, quin sancta mater ecclesia in desolatione sua vos pium inveniat consolatorem, in injuriis propulsandis defensorem strenuum, in jure conservando zelatorem experiatur discretum: cum in vobis clarescat sapientie fructus, zelus Pauli ferveat, Petri vigeat auctoritas, ut gladio Salomonis recte vibrato, veris lacrimis et de intimo cordis profluentibus diligenter examinatis, vere matri vivus restituatur filius et illusus. Siquidem²⁾ inter humanas vite et vie hujusmodi varietates inter cetera malicie hujus temporis flagitia et flagella, quibus incessanter affligimur³⁾, accidit nuper infortunii casus miserabilis, quod venerabilis pater Belvacensis episcopus cum murum pro domo Domini se opponeret, ut terram ecclesie sue in predam et direptionem positam, et⁴⁾ plebes sibi commissas ab incursu hostili defensare curaret, Brabantiones et coterelli, viri sanguinum, ceterique Sathane satellites in ipsum episcopum paucis comitatum, zeloque pietatis potius quam malicie et nocendi aliis accensum⁵⁾, irreverenter irruerunt, captumque regi Anglie tradiderunt carcerandum. Qui super hoc, inhu-

1) Hier fehlt ein Wort, vielleicht canonici. 2) Vgl. zu dem folgenden Abschnitt das dritte Schreiben. 3) affliguntur Hs. 4) 'et' steht vor 'ecclesie'. 5) accessum Hs.

manus ad humana, non persone considerata generositate, non ordinis, non pontificalis reverentia dignitatis, tam duro et diro carceri, tam districtis eum vinculis mancipavit, ut nec lucis nec aeris beneficio, nec¹⁾ amicorum colloquio ejus²⁾ permittat in tenebris³⁾ carceris angustias confoveri. Insuper tortoribus et ministris ad omnimodum malicie sue impetum effectui⁴⁾ mancipandum exquisitis tradidit ad torquendum, ut tanti flagitii respectu gentilium et inimicorum crucis ergastula⁵⁾ humanitatis et misericordie (beneficio) videantur temperata. Cum itaque⁶⁾ plaga ista non unius ecclesie⁷⁾ et singularis, quin omnium sit et communis, pro predicto et venerabili episcopo, immo pro totius cleri honore flexis genibus et fuis lacrimis ad⁸⁾ pedes vestre provolvimur pietatis, humiliter in Domino obsecrantes, ut intret in conspectu vestro ipsius et eorum, qui cum eo sunt, gemitus compeditorum, ut ipsius tribulationem, quam nostram compatientes facimus, paterna compassione fatiatis et vestram, et ne ceteris tanti impunitas delicti auctoritatem prestet delinquendi, maturo super hoc consilio utendum est et auxilio, ne tam flagitiosi malefactores in christum Domini manus sacrilegas impune se gaudeant extendisse. Restat itaque, si placet, ut per excommunicationis in personam et interdicti per terras memorati regis sententiam, ipsum episcopum vobis et ecclesie Dei reddi districtius compellatis.

(f. 102). Excellentissimo patri ac domino C. divina electione summo pontifici, M(ichael) Dei patientia Senonensis⁹⁾ archiepiscopus, G(ualterus) Nivernensis episcopus et O(do) Parisiensis electus, salutem omnino damque subjectionem et devotam in omnibus obedientiam. Pater sanctissime! Sicut sanctorum canonum tradit auctoritas, divini plenitudo consilii per ordinem congrua ratione dispositum ideo apostolice discipline stabilivit remedium¹⁰⁾, ut cum pulsaret necessitas et in Petri naviculam¹¹⁾ nimis frendentibus undique tyrannorum¹²⁾, truculentior ebulliret quassatio procellarum, summam a fidelibus recurreretur ad sedem, in qua privilegium Petri manet immobile, in quo ecclesiastice dignitatis divinitus et remedium salutare decernitur et refugium singulare. Huic igitur innitentes sententie et approbatam patrum consuetudinem (non) mutantes, cum dilectis in Christo presentium portatoribus litterarum, summa cura et studio apostolice sedis sublimitati¹³⁾ advolvimur, qui lamentabiles ad sedem apostolicam detulerunt¹⁴⁾ injurias, quarum, si in ecclesia Dei zelus animadversionis debite vigu-

1) ut Hs. 2) eum Hs. 3) tenebras Hs. 4) effectum Hs.

5) crudis ergastulis Hs. 6) ita Hs. 7) u. est eccl. Hs. 8) et Hs.

9) canōn Hs. 10) in medium Hs. 11) navicula Hs. 12) In der Hs. steht ein Punkt erst hinter 'truculentior'; da aber 'truculentis', nicht angeht, wird wohl ein Wort zu ergänzen sein, oder 'tirannis' zu lesen.

13) s. vel sublimita Hs. 14) dum tulerunt Hs.

isset, prius ad summum pontificem vindicta debuerat pervenire quam culpa. Etenim venerabilis frater noster, episcopus Belvacensis, irruentium in civitate sibi commissa coterellorum et Brabantionum, quos concilii Lateranensis sententia predampnavit et cum suis fautoribus excommunicationi supposuit, impetum reformidans, ut eorum immanitati resisteret, qui funesta tyrannide etiam sacra pollueri non verentur, et in subversione ecclesiarum ac religiosorum locorum plectibili obstinatione grassati sunt, suppositis sibi plebibus convocatis, in eorum exhortationem pariter et ¹⁾ iuvamen et inermis exiit et incautus. Ubi exigente nostrorum mole peccaminum, ac permittente illo qui archam federis Domini a Philisteis incircumcisis pariter et inmundis passus est captivari, ab inimicis ecclesie coterellis et duce eorum nefandissimo Mercadero captus est et detentus. Qui cum eum regi Anglie tradidissent, rex ipse non crimini sed furori vindictam impendens, non satis considerans vel attendens, quanta christum Domini decuisset moderatione tractari, atrocissima mandavit in eum excogitari supplicia, suorum omnium arcens ab ipso colloquium, ipsum quoque tantis ferri ponderibus pregravans, tam variis vinculorum machinationibus astringens, ut capto pontifici nec stare sit licitum nec sedere, adeo ut penarum ipsarum asperitas non tam capti pena pontificis, quam supplicium dici debeat proditoris. Condolemus itaque fratri, sed propensiore dolore et anxietate compatimur ecclesie libertati. Etenim tante crudelitatis exemplo secularium insolentia potestatum contra nostre professionis personas et acerbius excandescet et pleniori securitate deseviet, maxime si tante presumptionis flagitium condignis non fuerit animadversionibus expiatum. Scimus enim quod clerici, sed episcopi maxime, etsi forte flagitiis inveniantur obnoxii, a civili nullatenus possunt iudice detineri, sed canonum tenore perpenso a summo pontifice vel ab aliis rectoribus ecclesiarum iudicari. Quia ergo rancorem indignationis apostolice nos metuimus incursuros, nisi in tanta subversione ecclesiastice ²⁾ libertatis ecclesiarum omnium consuluerimus provisorem, universi et singuli prosternimur (pedibus) apostolice sanctitatis, quantumcunque valemus et modis omnibus quibuscunque possumus supplicantes, ut in regem Anglie et in omnes christi Domini detentores, tales et tantas exerat pater piissimus ultiones, ne summe sedis contemptus et omnium conculcatio et demolitio clericorum exempli crescente pernicie transeat ad sequaces.

Sanctissimo patri ac domino C. Dei gratia summo pontifici, Cameracensis ³⁾ electus salutem et promptum debite obedientie et devotionis famulatum. Quoniam pro Hur et Aaron,

1) et iniuriam et iuvamen Hs. 2) ecclesie Hs. 3) Caracenen. Hs.
In Cambrai ist 1197 Nicolaus II. erwählt.

ad quos visum est referri¹⁾, si quid questionis inter filios Israel oriretur²⁾, stat hodie zelus et auctoritas apostolice dignitatis, miserabilem questionem, immo conquestionem casus inter nos hactenus inauditi vobis³⁾ vindicandum Siquidem inter cetera malicie temporis flagella et pressuras⁴⁾ ecclesie, quibus affligimur incessanter, accidit his diebus, quod venerabilis frater noster, Belvacensis episcopus, cum se murum pro domo Domini opponeret, ut consitas⁵⁾ sibi plebes ab hostili defensaret incursu, Brabantiones et coterelli ceterique sanguinum viri, rapinis et incendio Belvacensis ecclesie terram depopulantes, in ipsum paucis comitatum, impugnationis arma non gestantem, nec aliis nocentem⁶⁾, sed ne suis noceretur attentum, irreverenter irruerunt, et captivum regi Anglie tradiderunt carcerandum. Qui pessumdata pontificalis reverentia dignitatis, tam duro carceri, tam districtis eum vinculis mancipavit, ut nec aeris beneficio nec amicorum colloquio permetteret ejus angustias relevari; quinimmo malicie sue ministris ita eum insuper tradidit ad torquendum, ut hujus comparatione captionis gentilium etiam ergastula misericordie videantur beneficio temperata. Pro quo, immo pro totius cleri honore flexis genibus et fuis lacrimis ad pedes vestre provolvimur pietatis, humiliter obsecrantes ut ipsius angustiam et nostram⁷⁾ ita se gaudeant extendisse, qui nec Deum timent nec homines reverentur. Cum enim ego — archiepiscopus vel ex contingentibus omittens⁸⁾ — statim audito captionis sue rumore terribili nuntium meum cum litteris ad regem Anglie destinassem, ut eum datis pro eo obsidibus et recepta cautione sufficienti liberari permetteret a tam districte laqueo captionis, nec a nuntiis nostris eum videri permisit⁹⁾ nec petitioni nostre spei bone quippiam repromisit. Restat igitur, ut per excommunicationis in personam et interdicti memorati regis sententiam ipsum episcopum nobis et ecclesie Dei reddi districtius conpellatis¹⁰⁾.

Diese Bemühungen führten bekanntlich nicht zum Ziel, da die angebliche Friedfertigkeit des Bischofs keinen Glauben fand, wenn auch das Schreiben Cölestins an ihn (Jaffé cccxxi) eine Fiction ist.

Auf denselben Bischof Philipp von Beauvais (1175—1217)

1) reprofferi Hs. Vgl. Exod. 24, 14. 2) curretur Hs. 3) nobis Hs. Der Satz ist offenbar unvollständig. Der folgende Abschnitt ist theilweise wörtlich übereinstimmend mit dem ersten Schreiben. 4) presutas Hs. 5) viell. ist 'commissas' zu bessern. 6) nocet Hs. Viell. 'nec ut aliis noceret'. 7) nostrum Hs. Der ganze Satz ist unverständlich und offenbar nicht vollständig. 8) Augenscheinlich eine eingeschobene Anweisung des Concipienten. 9) permisisset Hs. 10) Hier ausgeschrieben; man müsste eigentlich überall 'con' und 'in' setzen, wenn die Gewohnheit dieses Schreibers als maassgebend zu betrachten wäre.

bezieht sich auch das folgende Stück, dessen genauere Feststellung ich nicht geben kann:

(f. 101). Venerabili in Christo domino et amico karissimo R. Cameracensi archidiacono, G. Sancti Justi divina permissione dictus abbas, salutem et cum sincera dilectione obsequium. Constitutus coram nobis de mandato vestro iudicibus delegatis Petrus clericus adversus Agnetem mulierem excepturus¹⁾, objecit Lamberto clerico cruce signato, qui se dicte Agnetis responsalem gerebat, quod personam standi in iudicio non haberet, pro eo scilicet, quod illud generale vinculum excommunicationis incurreret, in quod incidisse testatur venerabilis dominus episcopus Belvacensis omnes cruce signatos diocesis sue, qui a festo beati Johannis huc usque sacrum iter arripere distulerunt. Lambertus respondit, quod a reverendo patre domino Remensi episcopo gratia exequendi quoddam negotium suum obtinuerat indulgentiam remorandi, sed nullam potuit inde facere nobis fidem, nisi quod dominum Belvacensem decanum dicebat eum per litteras suas responsalem nullatenus ordinasse, si sciret eum esse excommunicationis vinculo denotatum. Cumque super hoc deliberaturi essemus, idem Lambertus ad vestram audientiam, non expresso proseguende appellationis termino appellavit. Postmodum vero non sedentibus²⁾ pro iudicibus accessit, quinque septimanas a die divisionis apostolorum terminum appellationi sue prefigens. Super hiis vestra disserat discretio equitatem.

Zu einem Einschreiten der Reimser Officialen gab der Umstand Anlass, dass der Bischof von Cambrai seine Stadt mit dem Interdict belegt und sich dann in die weiteste Ferne begeben hatte. Vermuthlich ist es der Bischof Roger, welcher 1189 nach dem Heiligen Lande gezogen und daselbst 1191 vor Akkon gestorben ist.

(f. 101 v.) Viris venerabilibus, dominis et amicis suis karissimis, decano et capitulo beate Marie Cameracensis, Drog. et Herber. canonici Remenses et domini Remensis officiales, salutem et sinceram in Domino karitatem. Veniens ad nos procurator civitatis Cameracensis gravi nobis conquestione monstravit, quod dominus Cameracensis episcopus post appellationem ad curiam Remensem legitime interpositam, auctoritate sua omnes cives ejusdem civitatis excommunicationi, et totam civitatem supposuerat interdicto. Ut igitur de facto possemus plenius instrui, magnitudo negotii nos compulit ad eandem accedere civitatem, quam ita invenimus desolatam et tam gravi

1) experturus Hs.

2) sedemus Hs.

sententie subiacentem, ut non esset in ea qui morientium confessiones audiret, nec eis qui spiritualia beneficia in extremo etiam converti volentibus articulo exhiberet, et multi, sicut de testimonio sacerdotum fide dignorum accepimus, decederent inconfessi. Cum igitur dictus episcopus absens esset, ut pote ad remotissimas regiones profectus, et ipsius copiam nullo modo habere possemus: nos, considerato periculo civitatis, et ei toto compatiens affectu, nichilominus attendentes nimiam auctoritatem sententie in eam ab ipso episcopo promulgate, que tam innoxios quam nocentes eadem dampnatione rigore sue asperitatis involvens, et morientibus in extremis precludens aditum confitendi, a se omne excluserat pietatis et misericordie condimentum, cum omnis (rigor) ecclesiasticus misericordia debeat et caritate condiri, testes ydoneissimos recepimus super ¹⁾ hoc quod sententia illa post appellationem ad curiam Remensem interpositam fuerat promulgata; officialem etiam episcopi semel et iterum peremptorie citavimus, salvum ei si aliquod dubitaret prebituri conductum, ut veniret in testes et dicta testium vel contra ipsam appellationem dicturus, si vellet. Ipse vero nec venit nec sufficientem curavit mittere responsalem. Nichilominus etiam a dictis civibus juxta formam ecclesie recepimus juramentum, quod starent ecclesiastico mandato et ipsi juri. Hiis factis sententiam, quam idem episcopus auctoritate sua tulerat, de prudentum virorum consilio denuntiavimus non tenere. Licet enim dicto episcopo summe deferre velimus, et nichil penitus facere quod in ejus lesionem redundet, in hac tamen parte ei deferre non potuimus, cum et dictis civibus simus justicie debitores, et jus domini Remensis et metropolitane sedis teneamur conservare illesum. Ad hoc etiam agendum efficacius nos induxit periculum animarum gravissime imminens civitati, cum non inveniretur in ea qui animabus in extremo articulo spiritualiter languentibus ultimam impenderet medicinam, cum anime non solum revertentes blande suscipiende ²⁾ sint, verum etiam aberrantes summa pastoris sollicitudine reportande sint, et attentissima ejus vigilantia revocande, et tunc precipue cum rigor ecclesiasticus ultra in eas non valeat exerceri. Et sciatis, nos a quam plurimis viris prudentibus super hoc consilium habuisse. Eapropter vobis domini Remensis auctoritate mandamus et in virtute obedientie obnixè precipimus, quatinus ad loca priora redeatis, et divina officia more solito celebrantes, reliquias sanctorum et alias res que sunt in ecclesiis, ad eum statum et ordinem reducat, in quo ante latam sententiam extitisse noscuntur. Vobis vero, decane, mandamus et dicta auctoritate precipimus, quatinus abbatibus et aliis personis ecclesiasticis civitatis predictæ precipiendo domini Remensis auctoritate mandetis, ut ad loca propria re-

1) dum Hs.

2) blandum suscipiendum Hs.

deant et divina officia celebrent, sicut ante sententiam latam solebant: presbiteris parrochialibus districtius injungentes, ut ad loca sua omni dilationi remota redire et curam dominici gregis peragere sollicitudine debita non obmittant. Hujusmodi enim necessitas non patitur rem differri.

Sehen wir hier die Metropole zur Beseitigung eines Uebelstandes eingreifen, so betrifft dagegen das folgende merkwürdige Document die traurigen Zustände, welche in Reims selbst eintraten, nachdem am 7. Sept. 1202 der Erzbischof Wilhelm gestorben war und nun verschiedene erfolglose und bestrittene Wahlen eine zweijährige Sedisvacanz herbeiführten, welcher Innocenz III. durch Ernennung des Cardinals Guido von Präneste am 6. Juli 1204 ein Ende machte. Der Bericht ist von einem der zur Untersuchung der Sachlage bestimmten Richter verfasst, welcher, wie es scheint, selbst erwählt, aber der Simonie beschuldigt war, und an den Papst gerichtet.

(f. 103.) Cum in Remensi ecclesia scisma inresarcibilis esset, que¹⁾ concordiam non admittebat, placuit sanctitati vestre quod scriberetis illi singulari fero, illi vulpecule que vineam Domini Sabaoht demolitur, videlicet par. e.²⁾ et conjudicibus ejus, quod si non possemus in personam aliquam infra certum³⁾ tempus cum eorum consilio convenire, ipsi sub interminatione gehenne assignarent Remensi ecclesie personam tanto honori et oneri congruentem. Ille vero par. nec Deum timuit nec gehennam expavit, nec cavit terre, nec providit ecclesie; non erexit oculos ad celum, sed potius depressit ad terram, et revera in terram, quia ventum et gloriam secularem, uti ipse est glorie et popularis⁴⁾ aure mancipium. Preterea suscitavit Deus spiritum pueri junioris, videlicet M(ilonis) de N(antolio)⁵⁾. Ad ejus voluntatem perfidus ille hostis nature, qui se reputat secundum papam in Galliis, qui sibi per mundum non credit habere secundum, animum declinavit, par. ille qui palmites heretice pravitatis extendit usque ad mare et usque ad flumen propagines ejus: vidit quod factum suum posset dilatio impedire, iniquitatem meditatus est in corde suo, astitit vie non bone qui maliciam non odivit, deliberavit quomodo ego possem repelli.

Quis dubitet, si ego presens fuisset, quod illi non objecissem, quod quicquid habet in mundo in personatibus et in prebendis, tali commercio mediante recepit? Peto igitur,

1) Der Verfasser betrachtet das Wort 'scisma' als weiblich. 2) Ich weiss nicht, ob an den Bischof Odo von Paris zu denken ist. 3) cunctum Hs. 4) est al. glorie et appellaris Hs. 5) Der war auch gewählt worden, aber als zu jung verworfen.

pater sancte, ut de vinculo improprii hujusmodi absolvas me, vel certe super terram deleas me. Supplicabo, maxime imperator, qui judicas juste et probas renes et corda, ut apprehendat judicium manus tua et effundas iram indignationis et in judices, qui per delegationem vestram quasi sub umbra alarum vestrarum me ut Susannam falso testimonio presserunt: in impetu furoris tui percute eos, et duplici contricione contere eos. Videam igitur ultionem tuam ex eis: tibi enim revelavi causam meam, domine, qui es dominus ultionum.

In das Jahr 1205 fällt der folgende Bericht in einer Angelegenheit der Stadt Arras, welcher zwei Erlasse Innocenz III. enthält, aber ohne den Schluss abgebrochen ist:

(f. 102.) Viris venerabilibus in Christo dilectis, abbati de Mareolo ¹⁾, W. preposito, et magistro G. canonico Bethun. ²⁾, B. prepositus, D. et H. canonici Remenses, salutem in Domino. Litteras vestras, o preposite et magister, recepimus sub hac forma:

Viris venerabilibus et dominis in Christo karissimis, B. preposito, D. et H. canonicis Remensibus, W. prepositus et magister G. canonicus Bethun., salutem et paratam obsequii voluntatem. Sciat vestra dilectio, abbatem de Mareolo et nos recepisse mandatum apostolicum sub hac forma:

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati de Mareolo, W. preposito, et magistro G. canonico Bethun. Attrebatensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster Attrebatensis episcopus a nobis humiliter postulavit, ut excommunicationis sententiam, quam in majorem et scabinos Attrebatenses rationabiliter promulgavit, pro eo quod bannum quoddam in ecclesiarum et cleri ³⁾ Attrebat. fecerant detrimentum, apostolico dignaremur munimine roborare. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus predictam excommunicationis sententiam, si rationabiliter est prolata, faciatis usque ad satisfactionem idoneam sublato appellationis obstaculo firmiter observari, nullis litteris etc. Quod si non omnes etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum xj. Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno octavo. (1205, März 22).

Postmodum vero dominuspapa suas ad vos, ut audivimus, litteras destinavit super eodem negotio in hunc modum:

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis B. preposito, D. et H. canonicis Rem. salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis major et scabini Attreb. conquestione

1) Maroeul-les-Arras. 2) Rethun. Hs. Gemeint ist Béthune. 3) clericis Hs.

monstrarunt, quod venerabilis frater noster Attrebatensis episcopus ad instanciam canonicorum ¹⁾ Attreb. occasione quorundam cereorum et aliarum rerum, que ab eis contra justiciam repetebant, post appellationem ad nos legitime interpositam eos pro sue voluntatis arbitrio excommunicare presumpsit. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus si sententiam ipsam post appellationem ad nos legitime interpositam noveritis esse latam, eam denuntietis penitus non tenere. Alioquin ab ipsis super his, pro quibus excommunicati habentur, sufficienti cautione recepta, eis absolutionis beneficium impendatis, et injuncto eisdem quod de jure fuerit injungendum, audiat si quid fuerit questionis, et illud appellatione remota fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Quod si non omnes etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum x. Kal. Juni. pontificatus nostri anno viij^o. (1205, Mai 23).

Von dem übrigen Inhalt lassen wir jetzt folgen, was noch irgend Anspruch auf Beachtung zu haben scheint.

(f. 99 v.) Lodovicus Caunoten. episcopus ²⁾ tam omnibus decanis quam presbiteris in terra ducis Lothoringie constitutis salutem. Scire vos volumus, quod nos ad conquestionem Roberti virum nobilem ducem Lothoringie auctoritate apostolica fecimus die tali submoneri ³⁾ semel et iterum ⁴⁾. Verum quia idem dux die illo tam pro se mittere quam venire contempsit, vobis mandamus et in virtute precipimus obedientie, quatinus personam ejusdem ducis excommunicatione et totam ejus terram interdicti sententia percellatis, ibidem nullam facientes cristianitatem preter viaticum et baptisma. Alioquin sciatis quod nos singulorum inobedientiam et negligentiam suspensionis sententia puniemus ⁵⁾.

(f. 102.) Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente prosequere ⁶⁾. Eapropter, in Domino dilecti filii, vestris justis petitionibus ⁷⁾ grato concurrentes assensu, litteris presentibus interdicimus, ne terras vestras liceat alicui vendere vel alio modo alienare vel pignori obligare, vel alicui fratrum vestrorum pro aliquo fidejubere, absque consensu abbatis et capituli vestri aut majoris et sanioris partis ejusdem. Quod si factum fuerit, decernimus irritandum. Prohibemus insuper, ne quis inter fines parrochiarum vestrarum capellam vel oratorium sine vestro et episcopi diocesani assensu dedicare presumat, salvis privilegiis pontificum Romanorum.

1) canonum Hs. 2) Wer damit gemeint ist, vermag ich nicht zu sagen. Weder Chartres noch Cambrai passt. 3) submoueri Hs. 4) iterum Hs. 5) puniemus Hs. 6) sic! 7) petitionibus postul. Hs.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre prohibitionis infringere in posterum vel ei ausu temerario contraire. Quod qui¹⁾ attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei etc. se noverit incursurum.

(f. 102 v.) Innocentio divina electione summo pontifici, P. et S. devoti filii sui salutem et oscula pedum cum obedientia debita et devota. Mandatum vestrum, pater sancte, recipimus, quatinus abbatem illum ad hoc monitis efficacibus inducere curaremus, ut H. pauperi clerico subdiacono, boni testimonii viro, presentium latori, in ecclesiastico beneficio provideret. Unde nos de mandato vestro solliciti abbatem ipsum ad hoc induximus, quod ipse tanquam filius obedientie preces et commoniciones nostras et mandatum vestrum satis humiliter et benigne recipiens, eidem clerico promisit, quod ei juxta mandatum apostolicum oportunitate habita provideret, et promissum suum litteris patentibus confirmavit.

(f. 103.) G. et D. viro venerabili presbitero Sancti Re. salutem. Scripsit nobis summus pontifex in hec verba: 'Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis G. et D. canonicis salutem et apostolicam benedictionem. Transmissa nobis B. mulier conquestionem monstravit, quod H. laicus civis²⁾ Rem. quandam summam peccunie quam ei fide media tenetur exsolvere, contra justiciam detinet et reddere contradicit. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus inquisita super transgressionem fidei diligentius veritate, quod canonicum fuerit, usuris cessantibus, appellatione postposita statuatis: facientes quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Nullis litteris veritati³⁾ et justicie prejudicantibus a sede apostolica impetratis. Quod si non omnes' etc. Hac igitur auctoritate vobis mandamus et precipimus, quantinus predictum H. quem presentium latrrix ad noticiam vobis satis nominabit, ad nostram citetis⁴⁾ presentiam, in crastino nat. Domini satis dicte B. mulieri in jure responsurum, et hunc diem ei assignetis peremptorium'.

Auctoritate apostolica, qua in hac parte fungimur, vobis mandamus quatinus R. excommunicationi subiciatis et ab omnibus arctius evitari faciatis, si vobis constiterit ipsum fuisse in crastino S. Petri a nobis citatum, quia B. responsurus nec venit nec mittere curavit.

R. B. vitam gratiosam et exitum gloriosum. Dilectum socium nostrum P. latorem presentium dilectioni vestre, de qua non minimum confidimus, destinamus, virum scilicet sincere opinionis et conversationis conprobate, licet in lesionem fame sue circumdederunt eum viri mendaces. Supplicamus igitur, pater bone, et quam obnixius possumus inploramus, quatinus

1) hoc Hs.

2) eius Hs.

3) veritatis Hs.

4) scit. Hs.

ipsum karitatis intuitu et interventu precumstrarum firmetis consilio et auxilio roboratis, ita quod preces nostras sibi sentiat profuisse, et nos vestris exinde teneamur obsequiis non deesse.

O quam metuendus est locus iste, locus in quo totius religionis speculum, totius seminarium honestatis: locus in quo sapientia eloquentie, eloquentia sapientie felici matrimonio, felici federe copulantur, locus procul dubio de quo arbitror esse dictum: 'Terribilis est locus iste, hic domus Dei et porta celi' ¹⁾. Et quid mirum, si timor et tremor venerunt super me, quid mirum, si trepidavi timore in tanto loco michi personam et auctoritatem preripere proloquentis! Certe inmirum ²⁾: michi namque est timor, michi maxime, qui litteraturam non cognovi, qui balbutientis sum eloqui, qui cum Moyse et cum Jheremia dicere possum: 'A a domine Deus, ecce nescio loqui' ³⁾. Michi etenim nec panis in cophino nec oleum in lechito.

(f. 103 v.) Cum inter cetera pietatis opera maximum sit visitare infirmos, alere esurientes, vestire nudos, credimus cujusque anime saluti ⁴⁾, ad edificationem domus Dei in qua cotidie Patri Filius immolatur, fidelium mentes excitare, et ad ejus consummationem magis magisque excitatas inclinare. Inde siquidem est, quod sancta et venerabilis ecclesia N. suos nuntios ad vestram ⁵⁾ dirigit dilectionem, que licet a diebus preteritis casuali incendio concremata fuerit, inde miro artificio et opere sumptuoso incepit reedificari. Ipsa enim in renovando capite suo, quia jam corpus renovavit, ex gratia Dei et elemosinis fidelium instanter laborat. Rogat autem et vos pro ipsa, ut cum ipsa rogamus, quatinus ejusdem ecclesie nuntios, cum ad vos venerint, omnibus aliis predicatoribus cum breviculis suis postpositis, absque dilatione et exactione aliqua in ecclesiis vestris benigne recipiatis et recipi faciatis, plebesque vobis a Deo commissas, ut illis benefaciant, diligenter et sollicitate commoneatis. Volumus autem et precipimus, ut si ad vos venerint, ob gloriose Virginis reverentiam apertis ecclesie januis et pulsatis campanis eos recipiatis et pro eis parrochianis vestris verbum predicetis divinum.

Noverit dilectio vestra, quod H. quondam prepositus Rem. in presentia nostra constitutus nobis ⁶⁾ presentium latorem pro (se) constituit responsalem, in causa quam habet adversum N. coram vobis auctoritate apostolica decidendam; ratum habiturus, quicquid idem N. in presentia nostra ⁷⁾ dixerit vel fecerit quantum ad hunc diem.

Reverendo patri ac domino Dei gratia L. episcopo, R. divina miseratione Carn. ecclesie minister humilis ⁸⁾, tam de-

1) Gen. 28, 17. 2) sic! vielleicht statt 'non mirum'. 3) Jerem. 1, 6.

4) scil. conducere.

5) nostram Hs. mit einer in derselben überaus häufigen Verwechslung.

6) vobis Hs.

7) vestra?

8) Reginald

war von 1187 bis 1217 Bischof von Chartres.

votum quam debitum ad omnia famulatum. Attendentes quod ¹⁾ amaris tribulationibus et persecutionibus asperis dilectus sotius noster P. lator presentium miserabiliter impulsus sit et eversus, in afflictiones ejus spiritum compassionis emittimus, et eidem ex affectu caritatis sincerissime condolemus. Quis enim adversitatibus ipsius non condoleat, dum modo diligenter consideret subsannationes et derisus, jacturas et labores, quibus frequentissime lacessitus per invidiam ad sedem apostolicam totiens recurrere compellatur? Etenim illi qui ejus passionibus compati debuerunt, et intra sua viscera misereri, in eum movent capita sua, eundem contumeliis affligentes eo quod ad apostolicam clementiam tam frequenter accedens videatur vagus et profugus super terram, nec a vobis aliquando consolationem vel misericordiam consequatur, sed potius a sinu pietatis apostolice exputus laborintum desperationis incidat, et confusus deficiat et arescat; immo quod videatur verius, ut tot pressuris involutus expiret, invidiam et iniquitatem deprimentium non aliter placaturus. Cum igitur prefatus P. ob illatas sibi injurias spreto dispendio corporis sui ad fontem misericordie, ad magnam multitudinem dulcedinis vestre iterato compellatur accedere, paternitati vestre et dilectioni, de qua spem concipimus indubitata, quantumcunque possumus supplicamus, quatinus habentes pre oculis preces nostras, insuper vexationes ipsius et jacturas in misericordia et miserationibus respicientes, miserie ipsius misereamini, et pias ejus preces obtentu Dei et interventu precumstrarum misericorditer admittatis, ita ut preces nostras sibi sentiat profuisse, et ut ipse in reditu suo de vestri suffragii consolatione gloriatur, et emuli sui induantur sicut diploide confusione sua.

1) quam?